



## Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

259. Christus Passionem suam prædicens increpatur à Petro: sed hic à Domino Satanas appellatur.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESU CHRISTI. 241

est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.  
*Ioan. 12. v. 35. & 36.*

## MEDITATIO CCLIX.

*Christus Passionem suam predicens increpatur à Petro: sed hic à Domino Satanas appellatur.*

I. **C**oepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertiâ die resurgere. *Matth. 16. v. 21.* Et palàm verbum loquebatur. *Marc. 8. v. 32.*

II. Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Matth. 16. v. 22. Marc. 8. v. 32.*

III. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: *Marc. 8. v. 33.* Vade post me, Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. *Matth. 16. v. 23. Marc. 8. v. 33.*

## MEDITATIO CCLX.

*Moyse & Elias in Transfiguratione Christi loquuntur de ejus Passione.*

L

L. Ecce